

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doctor ac Professor. ad lustorum funebrium ... infanti, Valentino Steinio, Viri ... Dn. M. Joannis Steinii, Ecclesiastis ad D. Nicolaum fidelissimi, filiolo. Hodie ... cives Academicos invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1629


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774672137>

Druck Freier  Zugang




Bacmeister, J.,  
in  
V. S t e i n .  
Rostock. 1629.

45'







RECTOR  
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERUS,  
Phil. & Med. Doctor ac Professor.

ad  
*Iustorum funebrium piam & debitam exolutio-  
nem, mellitissimo infanti,*

VALENTINO STEINIO,  
*Viri Reverendi & doctissimi*  
DN. M. JOANNIS STEINII,  
Ecclesiastis ad D. Nicolaum fidelis-  
simi, filiolo.

*Hodie ad horam mediam primam in templo Nico-  
laitano destinatum, prestandam, officiosè & amanter*  
*cives Academicos invitat.*



ROSTOCHI  
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.  
ANNO c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> CXXIX.

RECTOR  
ACADEMIE ROSTOCKENSIS  
JOHANNES BACHMEISTER  
Professor in Astronomie  
V. A. L. E. X. A. N. D. E. R.  
V. A. L. E. X. A. N. D. E. R.  
Dr. M. I. O. A. N. N. I. S. S. T. E. I. N. I. I.  
F. A. C. U. L. T. A. T. U. S. M. A. G. I. S. T. R. I.  
L. I. C. E. N. T. I. A. T. U. S.  
L. I. C. E. N. T. I. A. T. U. S.  
L. I. C. E. N. T. I. A. T. U. S.



Rostock  
Typi Johannis Bachmeister  
M. D. C. C. X. X. I.



RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

JOANNES BACMEISTERUS,

Phil. & Med. Doct. ac Professor.



Um hoc solum nobis longior vita adferat, ut plura mala tum videamus tum patiamur, tum verò ipsi committamus; gratulandum meritò est infantibus, qui in ipso vitæ exordio, & ætatis flore, nondum gustata mundi malitia & perfidia, nec onerati tristicibus delictis, citò ex peccandi periculis, in non peccandi securitatem transferuntur. Purissima enim & optima pars generis humani, & seminarium ac flos

A 2

Ec



Ecclesiae Dei praecipuus sunt infantes,  
per Baptismum Christo oblatis & inser-  
ti, de quibus Christus ipse affirmat: ta-  
lium esse regnum Coelorum: &, non  
esse voluntatem Patris caelestis, ut unus  
de parvulis istis pereat; imò iussit ipsos  
ad se venire, illis benedixit, & regnum  
Coelorum esse eorundem pronuncia-  
vit. Itaque verè & graviter Pruden-  
tius ad infantes, qui primi Christum  
ex virgine natum, suo sanguine Con-  
fessi sunt, oratione directa canit:

*Salvete flores Martyrum,*

*Quos lucis ipso in limine,*

*Christi insecutor sustulit.*

*Cen turbo nascentes rosas.*

*Vos prima Christi victima,*

*Grex immolatorum tener,*

*Aram antè ipsam simplices*

*Palmâ & Coronis luditis.*

Inter hos sanctorum infantum flores,  
nunc

nunc non immeritò recensendus est  
Reverendi & doctissimi viri Dn. M.  
JOANNIS STEINII Ecclesiastis ad  
D. Nicolaum, amici nostri honorandi,  
ejusque dilectissimæ conjugis MARGA-  
RITÆ LOBECHIÆ filiulus VALENTI-  
NUS proavo suo materno VALENTI-  
NO SCHACTIO S.S. Theologiæ Doctori,  
quondam Ecclesiæ & Academiæ hujus  
professori celeberrimo, *ωμόνομο*, quem  
30. Martij, anni currentis 629. natum  
parentes lætissimis aspexerunt oculis  
& suavissimis ulnis exceperunt, 6. hu-  
jus mensis in ipso ætatis flore & vitæ  
quasi limine, cum vix quintum men-  
sem vitæ attigisset, Deus ad se revo-  
cavit, & in coelestem patriam transtu-  
lit simplici & pura fide, ac voce bal-  
butiente Dei laudes celebrans, & vi-  
ctor jam peccati & mortis, palma &

A 3

coro.

coronis ludens Deum conditorem &  
Redemptorem nostrum J E S U M  
CHRISTUM, oblectat multò sua-  
vius, quam in his terris parentes, per  
quos vitam ei Deus dederat, oblecta-  
re potuisset. Acquiescent itaque  
parentes *φιλότητος* in divina voluntate,  
eique laudem, honorem & gloriam  
tribuent, quod filiolum suum placi-  
dè ex ærumnosa & fragili hac vita,  
evocarit, & sanctam ejus animulam  
pretioso sanguine Filij sui redemptam  
lætè exceperit. Satis benè ille vixit,  
quia in Sacrosancto Baptismatis fœ-  
dere servatori suo Christo copulatus  
fuit: satis etiam diu, quia etiam in te-  
nella hac ætate, humanarum ærum-  
narum gustum non exiguum perce-  
pit, copiosissimis destillationibus ca-  
pitis & vehementiori tussi per inte-  
gros

gros quatuordecim dies excruciatuſ  
ac tandem ſuffocatus. Cum verò bea-  
ti huius infantis exuvia, quas nobis re-  
liquit, terræ omnium matri hodiè ho-  
ra media prima, in templo D. Nicolao  
ſacro, ſint reddendæ, rogamus & hor-  
tamur omnes Jurisdictionem Acade-  
micam agnoſcentes, Dominos Profef-  
ſores, DD. Eccleſiæ miniſtros, & ado-  
leſcentes ſtudioſos, ut in ſolatium mœ-  
ſtiſſimorum parentum, & gratam me-  
moriam piè defuncti proavi D. VA-  
LENTINI SCHAHTII, & avi  
materni Dn. D. DAVIDIS LO-  
BECHII, huius Eccleſiæ & Academiae  
quondam doctorum ac profefſorū ce-  
leberrimorum, & de multorum ſtudijs  
præclariffimè meritorum, funeris de-  
ductioni ad dictam horam, frequentes  
interſint, Deumque pijs precibus ſe-  
riò

riò invocent, ut funestissimum bellum,  
peftis sævitiam, aliaque mala clemen-  
tiffimè avertat, & nos sub umbra ala-  
rum fuarum potentiffimè protegat  
ac defendat. P.P. 9. Augufti sub fi-  
gillo Rectoratus Anno clō Io CXXIX,





GK







nunc non immeritò recent  
Reverendi & doctissimi vir  
JOANNIS STEINII Eccle  
D. Nicolaum, amici nostri h  
ejusque dilectissimæ conjug  
RITÆ LOBECHIAE filiulus  
NUS proavo suo materno V  
NO SCHACHTIO S.S. Theologia  
quondam Ecclesiae & Acade  
professori celeberrimo, *ἀποθνῄσκοντι*  
30. Martij, anni currentis 6  
parentes lætissimis aspexer  
& suavissimis ulnis exceper  
jus mensis in ipso ætatis flo  
quasi limine, cum vix quin  
sem vitæ attigisset, Deus a  
cavit, & in coelestem patria  
lit simplici & pura fide, ac  
butiente Dei laudes celebr  
ctor jam peccati & mortis

A 3

